



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc  
Paderbornensivm Tvtelaris Divi**

**[S.I.], [ca. 1650]**

Capvt XVI. Contractus miserè, sanatur mirè. Ad mortem Energumenus,  
integrè liberatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45568**

& ad Sanctorum feretrum propriis  
inuitam trahi fecerunt. Deinde vñ-  
animes pro illa preces fundentes,  
citò exaudiri meruerunt. Denique  
statim à dæmonum violentia libe-  
rata, sobria mente ac voce gratias  
ac laudes Deo referens, euntes eos  
inde diu cum populo sequeba-  
tur.

## CAPVT XVI.

*Contractus miserè, sanatur mirè. Ad mor-  
tem Energumenus, integrè liberatur.*

S. Sulpitij  
Cœnobium.

XII. Mi-  
raculum,

**E**X IND E festinato cursu mo-  
nasterio sancti Sulpitij ap-  
propinquantes, vident emi-  
nūs adduci mendicum quendam  
in vehiculo, qui miserabiliter  
toto penè contractus corpore  
fuit. Nam & pollices utriusque  
manus erant in medium palmæ in-  
curuati, & reliqui digiti supra ipsos  
pollices extensi, ita eos stringebant,  
vt vñ-

ut vngues radicibus palmarum hæ-  
rerent infixi. Reliquum corpus  
ad eo velut in sphæram rotunda-  
tum videres, ut genua pectori,  
summitates pedum renibus iunge-  
rentur. Sed quanto eiis fuerat mi-  
serabilior poena, tanto secuta est  
mirabilior medicina. Interueni-  
entibus namque beati Liborij  
meritis, cuius opem integra fide  
implorabat, erectis in momento,  
ac sanatis omnibus simul membris,  
prosiliit de paruo illo, quo vehe-  
batur, curriculo, & celeriter ad  
loculum sacri Corporis currens, i-  
bidem se in terram prostrauit, cum  
ingenti affectu, corde simul & ore  
gratias agens. Mirari populus;  
Deumque sublatis in cœlum vo-  
cibus collaudare, quod non vide-  
retur circa viuentem hominem  
amplioris virtutis opus sub cœlo  
fieri potuisse. Pergentes vero ad  
Ecclesiam quandam in honorem <sup>Ecclesia</sup>  
sancti Petri Apostoli dedicatam., <sup>Petri,</sup>  
subi-

XIII. MI. subito dæmoniacum , qui eos alacrum. quāndiu sequebatur conspiciunt in via media cecidisse. Ad quem erigendum cum aliqui ex plebe cucurrisserint, iacuit omnino sine motu aliquo, ut ab omnibus esse mortuus non dubitaretur. Post paululum tamen erectus ad sedendum cœpit sensim quasi reuiuscere, & sequenti die coram populo laudes saluatori suo rependens, sanus apparuit, ac si nunquam à maligno fuisset hoste vexatus.

## CAPVT XVII.

*Carnotensis Antistes SS. Reliquias magnifice excipit. Puella in globum vulnus contorta curatur.*

**P**RO INDE cùm tantis diuino-  
rum beneficiorum donis, ve-  
lut cœlestibus radijs micantē  
viam læti carperent, quæ plus quo-  
tidie gaudij , quām fatigationis af-  
ferret